Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dulcedo. dulcis presentia visionis di. Ut secundum propositam similitudinem aliam ex lege moysi similitudine menstruate mulieris hoc ipsum demonstrem. Est memento preti qua sorde illorum de novissimis unus ysayas dixit. et facti sumus ut immundus omnes nos. et quasi pannus menstruate universe iusticie nostre. Et Zacharias propheta dicit: In die illa erit fons patens domui david. et habitantibus ierusalem. in ablutionem peccatoris. et menstruate. Est secundum similitudinem hanc quoniam iusticia legis quasi pannus menstruate fuit donec pateret fieret fons domus david. Ecclesie te oportet quasi mulier menstruata secundum legem arcebatur liminibus sacris donec transactis sive completis diebus purgationis veniret cum oblationibus legitimis. ita tu qui erat ut scilicet tamen ita omnes que iusticia perfecto imperfecta erat. fons excubaret a sanctuario celi. et visionis di. donec veniret ille qui menstruatam ablueret. quasi o psalmista dixit. cum sit legis lator benedictionem daret. Iudeus. Et quis ille est. Xpistianus. Ille nimirum quem propheta Zacharias dicit. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Iudeus. Et quis ille est. Xpistianus. Profecto ille qui cum veniret ierosolimam sanguinem fusurus testamenti sui. sedit super asinam. sive super pullum asine ut ostenderet veritatis sue vemitis et humilis corde. Sic enim promiserat idem propheta. Exulta satis filia syon. iubila filia ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator: ipse pauper. et ascendens super asinum et super pullum filium asine. et loquetur pacem gentibus. et tedemum ad ipsum cursus tu quoque inquit in sanguine testamenti tui. emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Iudeus. Ergo ne et tu ipsum patrem nostrum abraham de lacu eduxit [illegible]. et quando. Et qualiter